

THE DESCRIPTION OF THE WORLD'S PROPERTY IN S. GEREMIA
 calbo postea uero fuit suprascripti Nicolai paulo cum libris viginti septem grossorum
 pro auantatio . . . ipsa proprietas firmat Ab uno suo capite In canalem vnde habet
 Introitum et exitum junctorium & jaglacionem Ab alio suo capite firmat partim
 in tantum quantum extenditur murus orti condam stephani calbo In calle proprio
 proprietatis condam stephani calbo et partim in calle comuni huic proprietati &
 dicte proprietati iam dicti stephani calbo et proprietati Rayneri calbo qui callis
 discurit usque ad ecclesiam sancti yeremie vnde hec proprietas habet Introitum et
 exitum usque ad dictam ecclesiam sancti yeremie Ab uno suo latere firmat per
 totum in muro comuni huic proprietati condam dicti stephani calbo in quo &
 super quem murum comunem quelibet pars habet potestatem laborandi trabes
 & modiliones atque mapas ponendi quot et quantas voluerit . . . quod ipse murus
 permanet semper vndique clausus Ab alio suo latere firmat cum suo proprio muro
 in proprietate condam Rayneri calbo Michi uero suprascripto Donato paulo
 Aduenit in mea parte et diuisione illa(?) videlicet(?) proprietas posita in confinio
 sancte que fuit condam suprascripti Nicolai paulo Et illa etiam proprietas posita
 in chugia maiore que fuit condam ser marci paulo postea uero fuit dicte Agnesine
 çeno Cum toto Reliquo . . . Nicolai et Agnesine çeno spectanc- et pertinenc-
 Secundum quod ipsa proprietas posita in confinio sancti paterculi(?) firmat Ab uno
 suo capite in via comuni supra canalem de la çudecha Et Ab alio suo capite firmat
 in vno burgo sancti geruasij Ab uno suo latere firmat in proprietate procuratorum
 sancti marci Et Ab alio suo latere firmat in vno muro comuni huic proprietati et
 proprietati petri et Nicoleti dalastopa . . . Et est sciendum quod aliquis nostrum
 suprascriptas proprietates non posit vendj dandj donandj conmutandj uel(?)
 obligandj modo aliquo uel jngenio donec Nicoletus paulo filius condam ser hermolai
 paulo olim fratris nostri fuerit ad etatem legitimam . . . Insuper autem Nos suprascripti
 Jacobus et donatus paulo fratres Ambo commissarii nominati domini Hermolai
 paulo fratris nostri et olim patris tui . . . volens & cupiens quod tu supradictus
 nicoletus paulo haberes & posideres partem tuam suprascriptorum bonorum Nicolai
 paulo olim nepotis nostri et agnesine çeno olim neptis nostre que spectabat et
 pertinebat suprascripto domino Hermolao patri tuo Et loco ipsius nomine tui
 nicoleti paulo nepotis nostri Recepimus et assignauimus nobis tanquam commissarii
 suprascripti domini hermolai paulo fratris nostri et tutores tui suprascripti nicoleti
 paulo & nomine tui ut dictum est Cunctas videlicet & super totas dictas proprietates
 terrarum & casarum coopertas & discoopertas positas in dicto confinio sancti yere-
 mie que condam fuerunt ser petri suliman cum omnibus jmprestitis que supersunt
 de bonis condam dictorum nicolai paulo et agnesine çeno . . . Secundum quod
 vna ipsarum proprietatum . . . firmat(?) Ab uno suo capite in via comuni que